Ita ſinguli *in Republica viventes à legumlatore conſide-* 8.
rantur · Jam officium peculiare in domeſtica ſocietate ſibi ven- 2. *domeſti-*
dicat locum. *ca ſocietas.*

Hinc aliud *officium Mariti & Uxoris :* Aliud *Parentum* 9.
& Liberorum: Aliud *Dominorum & ſervorum, quæ à* legum
latore attendenda. 3. *partes Reipub.*

Tandem *quia* Reipublicæ *duæ ſunt partes. Una Impe-* 10.
rantium, altera parentium ſive ſubditorum, Utriq; *ſua munera* *imperans*
ſunt aſſignanda. *& parens.*

Sed & non tantum perſonarum *in* Republica *viven-* 11.
tium ratio habenda: Verùm etiam res, *quæ vel* publicæ *vel*
privatæ, *ſive cujusvis propriæ, diligenter curandæ.*

Hinc legumlatores ne in alterutro *peccetur, ſummam ad-* 12.
hibent operam.

Atq; hæc ad Rempublicam *benè* conſtituendam *faci-* 13. *Reip. malè*
unt : *cujus* conſervandæ *eadem ſunt cauſæ, ſive media quæ* *affecta no-*
conſtituendæ. *tanda.*

Si Reſpublica corrupta, *vel ruinam minitatur: Ipſa* cor- 14. 1. *Corru-*
ruptio *primùm omnium cognoſcenda.* *ptio, tan-*

Sic namq; Medici *morbum depellere nequeunt, niſi illum* *quam mor-*
probè ante perſpexerint. Cui *n. remedium, &* quale *applicabũt?* *bus.*

Morboſa eſt Reſpublica, *dum* Vel *degenerat in pejorem* 15.
vel *prorſus interit.* 16.

Verùm qui morbum *tolles, niſi cauſa ejus fuerit remota.* 17. 2. *cauſa,*
illa namq; morbum fovet. *quæ vel*

Hinc Politico *cauſæ corruptionum vel everſionum Rei-* 18.
publicæ cognoſcendæ. 19.

Cauſæ *illæ ſunt* Vel *remotæ*, Vel *propinquæ.*

Ad illas *fatum, aſtrorum inclinatio, Eclipſes, cometæ, nu-* 20. *remotæ.*
meri Platonici &c. referuntur.

Hæ *vel ſunt* per Accidens, *quarum Vis tanta non eſt, ut* 21. *vel propin-*
per ſe queant Reipublicæ ſtatum evertere ; Veluti *quod apri* *quæ & tùm*
caput Aetolos, & Arcadas contra ſe armavit. *per Accidẽs*

Vel per ſe, *quæ ad ſtatũ Reipubl. evertendũ ſufficiunt.* Ha- 22. *tùm per*

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id427074266/17
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG